Anno 1532 ex Conductus Paschæ    Ex M. S. B. Zalt.

371

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Consiliariis Regni Poloniæ

105

Magnifice sincere Nobis dilecte. Heri primum occurrit nobis cum literis Voievodæ Moldaviensis et Venetis Francisci Præpositi Transilvanien-nunc Oratoris apud Nos Nomine Serenissimi Domini Regis Ungariæ ex quibus cognovimus, ipsum Voievodam hostem Nr. inducias quas ad ipsius postulationem, et Serenissimi Domini Joannis Regis Ungariæ intercessionem, sua Consiliariorum Nostrorum nobiscum tum in hac Civitate agentium illi obtuleramus suscipere noluis se, neque literas Nostras, quas illi ratione firmandarum induciarum miseramus acceptasse, non alia ut scripta indicant ob causam nisi quod in literis nostris nihil de captivorum et tormentorum bellicorum restitutione commemoratum, et scriptum adver tisset. Ejusmodi conditionum neque ab illo Oratore, Serenissimi Regis Joannis facta fuit mencio, neque ab ullo fieri ante consuevit, quam cum de pace et perpetua Concordia firmanda agetur, id tamen illum pollicitum esse quod pacem et tranquillitatem quam iactat, se numquam violasse nobiscum servare et ab hostilibus ab

stinere

abstinere vellet, sicut hoc M.tas Vestra ex literar. exem
plis quae Illi cum praesentibus mittimus plenius co
gnoscet. Quod illius hostilium consilior. rationes
cum nos fraude et dolo involutos esse videamus
sciamusq. illum partim apud Turcor, partim apud
Tartaros et alios fautores, suos auxilia quaerere,
et exinde vehementer intumescere et attoli quod
Imperator Tartaror. Praecopensium a se dubus
suis, cum ingentibus suor. copiis descendens Arcem
Nostram Caniou sed frustra tamen obsidione per
Duodecim Dies tentaverit, ratus id in subsidium
conatuum suor. et ad distrahendas vires nostras
non modicum afferre posse, sibi adjumentum non
possumus, non esse soliciti, ut Regnum Nostrum
in dubia et periculosa ista rer. perplexitate salu
bribus, aliquibus consiliis et apparatu bellico mu
niatur nec vel ex dolo, vel ex violenta, et improvisa
impressione, hostili detrimentum capiat, quare
hortamur M.tem V.ram ut pro fide et officio suo
nobis consulat, et suadeat quid potissimum ad bene
nobis et Reipublicae prospiciendum amplecti, et
persequi debeamus. Nos et enim nondum rever
so Nuncio N.ro quem ad Imperatorem Turcarum
in principio Mensis Octobris praeteriti misimus
consilia N.ra explicare non possumus quid pro bo

no—

Publico in tanta perfidi hostis varietate nobis instituere liceat, et conducat. Et mesentu Voievode Moldaviensi, alicuius in Nos impetus, praeparare Publicam expeditionem, regni debemus, qua et im petum illius depellere, et subditos Nostros avi et opraessione facilius tueri possimus.

Ignari enim quae a Turcor. Imperatore, affer tur, certi aliquid constituere, ad Valachiam illius Tributariam, Provinciam sive Tuae Serenitatis et allior. consiliarior. Regni suasu et assensu nolu mus. Pacem tamen interim et tranquillitatem a Nostris Militibus et subditis quatenus et ab illo servabitur, teneri et observari, mandabimus.

Et bene valeat Tua Serenitas.

Datum Cracoviae Feria Secunda post Domi nicam Conductus Paschae. Anno Domini 1532. Regni vero Nostri 26.